



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri  
apostatæ super actis Ratisponæ**

**Eck, Johannes**

**Ingolstadii, 1543**

**VD16 E 416**

Eckivs non pluralis, sed iuuit nepotes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30106**

I&e, Sylvius, buchstab. Facio quod hodie viuentes multi faciunt, Cochlæus, Mensingus, Nausea, Marius, Alphonsus Zamorensis, Taxander, Titelmannus, Pighius & Vuicelius. Mentitur autem Bucer hos persequi euangelium, sed haereses persequuntur, impietas ac schismata. Horum in agro dominico metentium uestigia sequor cum Moabitide. Et quā diu spiritus hos rexerit artus, deo adiutore, non desinā veritatē fidei tueri, & oppugnare perfidiam, tantum abest, ut non timeam propterea excommunicationem, ut nihil sciam hoc tempore, quod gratius deo facere possim in satisfactionem peccatorum meorum.

## SECVNDA CAVSA EXCOMMVNICA

tionis destruitur.

**P**luralitatem beneficiorum, quibus fruar, assumit Buc-  
cer pro secunda causa excommunicationis, sed menti-  
tur, ut iam palam faciam. Non nego, si voluisse aggra-  
re aduersum me lutum, ut Helluones beneficiorum, non  
nihil potuisse, in tanta gratia pontificum, regum & prin-  
cipum. Ter sui in vrbe, liberum accessum habens ad pontifi-  
ces, nullum vñquā ab eis beneficium reportavi pro me. De  
lectura mea Ingoldstadii non habeo stipendum ex Camer-  
a, sicut alij professores, sed in huius vicem succedunt fru-  
ctus Canonicatus Eistetteñ. Aliud etiam beneficium exile  
collegij est lecturæ incorporatum, cuius tamen omnes fru-  
ctus auditori reliquo Theologiæ. Ad hæc illusterrimus  
princeps, attentis meis magnis laboribus, ne moueam pe-  
dem, & in negocio fidei fideliter seruam, ceruo & ducentis  
florenis annuis ex Camera sua mihi prouidit ad vitā. Plus  
impedit princeps ille secularis Theologo suo, quam faci-  
ant multi episcopi suis Theologis. Ad hæc cum sint tot  
impensa in libris, in scriptoribus, vt etiam Hieronymus,  
quia labore scribendi manu propria ferre non valuit, im-  
pensas libratorum habet, sedes apostoli, mihi de duabus pès

N iij sionibus

Abacu. 8

Fux V. ill.  
liberalis  
in ECKI  
V.M.